

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1861

LXXXVII. Mehrere Bischöfe der päpstlichen Curie in Avignon verschreiben
den Wohlthätern der Pfarrki[r]chen zu Prenzlau einen Ablaß, am 26.
Februar 1337.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55721

anathematis ne potestas secularis aut quivis alius quiequam in dictis tredecim talentis vendicet aut ufurpet ac ea volumus integraliter eodem jure cenferi et ad illum folum spectare debent, cui dictum altare pro tempore collatum fuerit et fuperius est expressum eaque omnia libera et exemta dicto altari perpetuis temporibus presentibus adunamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum prefentibus est appensum. Datum Prentzlaw, Anno Domini Mo. CCCo. Tricesimo sexto, in die Galli et lulli, martirum beatorum. Mobier Mus einem Copialbuche. In ger ein gertlaufe um landen bei bei mennel in geleichte bereiten

LXXXVI. Bergog Barnim von Pommern überläßt bas Dorf Balentin ber Stadt Prenglan und giebt bem Klofter Gramzow zum Erfat für bies Dorf 66 hufen zu Triftingow bei Sucow, im Jahre 1336.

In nomine fancte et individue trinitatis. Barnim, Dei patientia dux flauorum, omnibus in perpetuum, Vniuersa negotia, que geruntur in tempore, ne naturam sequantur temporis, eternari debent memoria literarum. Cognoscant igitur tam posteri quam presentes, quod de consilio nostrorum maturato villam walentin, que fuit ecclesie sancte marie in Gramzowe, apposuimus ciuitati Prenzlaue et pro eadem villa dedimus in concambio fratribus in Gramfowe deo feruientibus LXVI manfos prope fukowe fitos, in villa, que triftingowe vulgariter nominatur, in agris, riuis, piscationibus, pratis, filuis, planis, asperis, cultis et incultis, cum omni integritate in perpetuam libertatem. Preterea volumus eandem villam trifting owe ab omni exactione et feruitio, quo cetere ville in nostro dominio constitute obligate sunt, liberam esse et absolutam. Dedimus nichilominus in mandatis, ut nemo in nostra existens jurisdictione villam talem aut colonos agrum ipfius ledere in aliquo audeat vel grauare. Ne igitur tale concambium aut talem donationem etc. testes etc. Anno domini Mo. CCCo. XXXVIo.

Aus einem Copialbuche bes Beh. Staats-Archives. (I Cod. 4 in qu.)

LXXXVII. Mehrere Bischöfe ber papftlichen Gurie in Avignon verschreiben ben Bohlthatern ber Pfarrfichen zu Prenglau einen Ablaß, am 26. Februar 1337.

Universis S. Matris Ecclesie filiis, ad quos presentes litere pervenerint, Nos miseratione divina Samuel Nubienfis, Paulus Fulginenfis, Johannes Bregerenfis, Jacobus de Vallona, Nicolaus Nazarienfis, Raymundus Catharinenfis, Petrus Callenfis, Francifcus Bifacienfis, Martinus Cerianus, Vincentius Perenenfis, Rogerus Brinenfis, Andreas Coronenfis, Photius Salonenfis, Almanus Suanenfis,

Sauptit. I. Bb. XXI.

Alanus Artfertenfis et Benedictus Cardicenfis Epifcopi, Salutem in Domino fempiternam. Splendor paterni luminis, qui fua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in fua clementi Majestate sperantium tune precipue benigno savore prosequitur, cum ipsorum devota humilitas Sanctorum fuorum meritis et precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut Ecclefia gloriofe Virginis Marie, S. Nicolai et S. Jocobi in Primislavia Caminensis Diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus jugiter veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qvi ad dictam Ecclefiam in omnibus Festis sui Patroni et in dedicatione ejusdem ac in aliis festis infra scriptis videlicet Natalis domini, Circumcifionis, Epiphanie, Pavasceves, Pasce, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Chrifti, Inventionis et Exaltationis S. Crucis, In omnibus et fingulis Feftis Beate Marie Virginis, in Festis S. Johannis Baptiste, Petri et Pauli et omnium Apostolorum, Evangelistarum, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Vincentii, Martini, Nicolai, Gregorii, Augustini, Ambrofii, Hieronimi, Benedicti; Sanctarum Marie Magdalene, Catharine, Margarethe, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis, Barbare, in commemoratione omnium Sanctorum et animarum, infuper in octavis dictarum feftivitatum octavas habentium, fingulisque diebus dominicis et Sabbathis caufa devotionis, Orationis aut peregrinationis accesserint, seu qvi Missis, predicationibus matutinis, vespertinis aut aliis qvibuscunque divinis officiis interfuerint, aut corpus Christi vel oleum sacrum cum infirmis portantur fecuti fuerint, feu in ferotina pulfatione campane fecundum modum curie Romane genibus flexis ter Ave Maria dixerint; Nec non qvi ad fabricam, luminaria, ornamenta aut Menfalia dicte Ecclesie necessaria manus porrexerint adjutrices; vel qvi in corum Testamentis aut extra aurum, argentum, vestimentum aut aliquid aliud subsidium diete Ecclesie donaverint, legaverint aut procuraverint, aut cemiterium ejusdem Ecclesie pro animabus omnium fidelium defunctorum exorando circumiverint aut sepulchrum ibidem elegerint, Qvotiescunque, qvandocunque et Ubicunque premissa, vel aliqvid premissorum devote secerint, de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confis singulis eorum XL dies indulgentiarum de injunctis penitenciis mifericorditer in Domino relaxamus etc. In cuius rei testimonium presentes literas Sigillorum nostrorum justimus appensione muniri. Date Avinioni, XXVI. die mensis Februarii, Anno Domini Mo. CCCo. XXXVIIo. et Pontificatus Benedicti Pape XII, anno III.

Rach einer alten Copie.

Rach Suring's Chronif p. 59 wurde ben gebachten Rirchen im Jahre 1338 auch von bem Papfte Benedict ein mit bem obigen gleichsautenber Ablagbrief gu Theil.

LXXXVIII. Markgraf Ludwig vereignet einem von Johann Brunefenborf in ber Marienkirche zu Prenglau gestifteten Altar vier hufen Landes in Blingow, am 6. October 1337.

Lvdowicus, dei Gracia Brandenburgenfis et Lufacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperij Archicamerarius, Singulis et universis, ad quorum noticiam presentes deveniunt, falutem et noticiam subscriptorum. Ex mera nostre mentis Beniuolencia et liberalitate propria, ob iugem et perrhennem predecessorum